

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon
pharmaceutico-chymicvm**

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Arcanum]

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

temporis intervallum formari arborem cum ramis
& parvis globulis in extremitatibus fructus repræ-
sentantibus. Vid. corp. ph. p. 353. a.

Arcanum Corallinum Zwelfferi.

℞. Mercurii sublimati dulcis crystallini, sine nitro, cum
tale & vitriolo (saltem sublimati & aliquoties subli-
matione iterata purificati, ℥i. Croci Solis spongiosi,
per Mercur. & Sulph. parati ℥i. vel iß.

Terantur probe in lapide porphyrio, immittan-
turque ovo philosophico Hermetice claudendo vel
potius phylæ planæ (uti in capite de Mercurio in-
digitatur,) & in arenæ igne (non admodum leni) debite
præcipitentur, figanturque, usque dum fiat præcipita-
tus, rubicundissimus. Habebis secretum præcipitatum,
haud exigui valoris, quo fruiere. Vid. corp. ph. p. 305. a.

Arcanum Corallinum aliud Zwelfferi.

Extrahatur sal ex capite mortuo Aqua fortis, quæ ex
æquali parte Vitrioli & Nitri destillata fuerit.

Hujus salis accipe uncias quinque, vel sex, ei-
que superimprimatur, sub continua agitatione per
corium vervecinum. Mercurii vivi purgati ℥i. ß
vel ℥ii.

Conterendo diu in mortario vitreo vel in patina
lignea, quousque Mercurius vivus non amplius con-
spiciatur. Hinc sublimeretur in alembico gradatim, mo-
do supra exactè edocto, & ascendet primo luteus, se-
cundo croceus, tertio rubicundus sublimatus; quem
separa. Vid. corp. ph. p. 33. a.

Arcanum Cosmeticum Pharm. Batean.

℞. Talc. Vener. subtiliss. pulverisat. f. a. p. j. Olei cam-
phor. p. ij.

Digere in M. B. f. a. ad summam albedinem,

K

Arcæ

Arcanum Duplicatum P. A. R.

Extrahitur cum aqua calida ex capite mortuo, à destillatione aquæ fortis, ex vitriolo & nitro paratæ, residuo, qui liquor, dein decantetur, & post filtrationem ac debitam exhalationem reponatur, ut in crystallos concresecat, qui exsiccentur.

Quod si caput mortuum in destillatione prægressa non satis calcinatum fuerit, & ita \odot licum quid conjunctum adhuc habeat, quod ex sapore & liquore coloris imprægnati cognoscitur, ulteriori calcinatione vel liquoris nitri fixi instillatione, pro hoc negotio priùs accommodari poterit.

Idem etiam medicamentum commodè paratur, si \odot lum in aqua solvatur, & liquoris nitri fixi tantum adfundatur, quantum ad partis metallicæ ex \odot lo præcipationem satis est; postea liquor filtretur & post debitè factam exhalationem ad crystallifandum reponatur.

Aperiendi, incidendi \square nam & sudores movendi virtute pollet; unde in obstructionibus hypochondriorum, calculo, febribus, aliisque morborum generibus utile existit. *Vid. corp. ph. p. 347. a.*

Arcanum Tartari de Spina.

R. Ol. tart. p. d. q. pl. evap. ad consist. salis hujus ζ ij. impone in mort. vitr. & assus. ol. vitr. ζ ij. mov. cum pist. vitr. tum statim concresec. in lap. durum & album, qui diureticus & lithontripticus est; dosis à gr. xv. ad xxxv.

Aurum Fulminans, seu Sclopeticum inflammabile; juxta Zvvelfserum.

R. Auri purgati & laminati ζ ß. vel q. p.

Solva-